UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

93. Actorum eruditorum &c. Decretum Sacræ Indicis Congregationis Decreto damnati, & prohibiti fuerunt infrascripti Libri ubicunque, & quocunque idiomate impressi, imprimendive; Nemo cujuscunque ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-74859

Visual Library

Die, menſe, & anno, quibus ſupra ſupradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Curiæ Innocentianæ, & in Acie Campi Floræ, ac aliis locis ſolitis, & conſuetis Urbis per me Petrum Romolatium Apoſtolicum Curſorem.

Jo. del Rè Mag. Curſ.

DECRETUM.

XII. Quo ſtatuitur, ut pro aggregationibus Archiconfraternitatibus Almæ Urbis, ſeù potiùs pro illarum expenſis nihil ultra unum ſcutum aureum recipi valeat.

AD tollendos nonnullos abuſus, qui in expediendis literis patentibus aggregationum Archiconfraternitatibus Almæ Urbis retroactis temporibus irrepſerant Sacra Congregatio Indulgentiarum Decreto edito die 6. Martii 1608. approbante ſan. mem. Paulo V. ſtatuit, atque decrevit, ut pro expeditione prædictarum literarum aggregationum, ſeu potiùs pro expenſis deſuper faciendis, nempe pro pergamena, ſcriptura, ſigillo, capſulis, cordulis, cera, Secretarii, Notariique labore, vel mercede, aliiſque omnibus quibuſcumque nihil omninò ultra ſcutum unum aureum pro ſingula aggregatione, inſtitutione, vel confirmatione quovis prætextu, aut colore etiam meræ eleemoſynæ exigi, aut recipi valeat, ſub pœna ipſo facto incurrenda nullitati aggregationis omniumque Indulgentiarum, & ſpiritualium gratiarum in aggregationibus contentarum, cum privatione etiam facultatis aggregandi,& privatione pariter Officiorum, & inhabilitate ad eadem Officia in poſterùm obtinenda pro Miniſtris, Superioribus, Officialibus, aliiſque contra prædictum Decretum facere præſumentibus; quæ à nullo alio, niſi à Romano Pontifice pro tempore exiſtente remitti valeat, aliiſque etiam ſub gravioribus pœnis arbitrio ejuſdem Romani Pontificis pro tempore exiſtentis imponendis. Ne autem longo temporis decurſu prædicti Decreti oblivio induci, ac denuo abuſus irrepere poſſint, Sacra Congregatio Indulgentiis, Sacriſque Reliquiis præpoſita habita die 9. Aprilis 1720. decrevit, atque mandavit ſingulis Ordinibus, Religionibus, Inſtitutis, & Archiconfraternitatibus, eorumque Superioribus, Miniſtris, atque Officialibus quocunque nomine nuncupatis, ut pro expediendis literis patentibus aggregationum, ſeu potius pro illarum expenſis quibuſcunque nihil ultra unum ſcutum aureùm ſub quovis prætextu, aut quæſito colore etiam à ſponte dantibus, aut titulo eleemoſynæ recipere audeant, aut recipi permittant ſub iiſdem pœnis contentis in ſupra memorato Decreto edito die 6. Martii 1608., ne Confraternitates aggregandæ ſumptibus nimium graventur, & ut omnes intelligant, cœleſtes Eccleſiæ Theſauros non quæſtus, aut alicujus lucri cauſa, ſed ab pietatem Fidelium excitandam ex Apoſtolicæ Sedis benignitate aperiri. Quibus per me Secretarium Sanctiſſimo Domino Noſtro Clementi XI. relatis, Sanctitas Sua Decretum Sacræ Congregationis approbavit,& in omnibus executioni mandari juſſit. Datum die 10. Aprilis 1720.

J. D. Card. Paraccianus.

Raphael Coſmus de Hieronymis Secret.

Die, menſe, & anno, quibus ſupra, ſupradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Curiæ Innocentianæ, ac in aliis locis ſolitis, & conſuetis Urbis, ut moris eſt, per me Joſephum Badialem Apoſt. Curſ.

Jo. Triphellius Mag. Curſ.

DECRETUM MEMORABILE

Sacræ Congregationis Eminentiſs. & Reverendiſſ. DD. Cardinalium Ad Indicem Librorum, eorumque prohibitionem, expurgationem, & permiſſionem in universa Chriſtiana Republica à Sancta Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatorum.

DECRETUM

Sacræ Indicis Congregationis Decreto damnati, & prohibiti fuerunt infraſcripti Libri ubicunque, & quocunque idiomate impreſſi, imprimendive; Nemo cujuſcunque gradus, & conditionis eos impoſterum vel imprimat, vel legat, vel retineat. Si quis interim habuerit, Inquiſitoribus, ſeu Locorum Ordinariis à præſentis Decreti notitiâ tradat, ſub pœnis in Indice Librorum prohibitorum contentis. I.

LIBRI SUNT,

ACtorum Eruditorum, quæ Lipſiæ publicantur, Supplementa. Tomus IV. Lipſia MDCCXI.

La Coſcienza illuminata dalla Theologia di San Tomaſo d'Aquino, riſtretta, e volgarizzata dal Conte Gio: Battiſta Comazzi. In Colonia. 1711.

Diſputatio perjucunda, qua Anonymus probare nititur Mulieres homines non eſſe: cui oppoſita eſt Simoni Gedicci Sacroſ. Theologiæ Doctoris Defenſio ſexus muliebris, quâ ſingula Anonymi argumenta, diſtinctis Theſibus propoſita, viriliter enervantur. Editio noviſſima. Hagæ Comitis CIƆIƆCXLIV.

Divine viſion,& Relation des trois Etats, l'Eccleſiaſtique, le Politique, & l'Oeconomique: laquelle Moi Jean Engelbert, de Bronſvvic, ai vue de mes yeux,& veillant, étant à Vvinſem, au païs de Lunebourg l'an 1625. Ecrite pour une ſeconde fois à Embden l'an 1640. par l'Auteur même en Allemand, & traduite en François pour l'édification &c. à Amſterdam CIƆIƆCLXXX.

De Fabulâ Equeſtris Ordinis Conſtantiniani Scipionis Maffeii Marchionis Epiſtola; Tiguri 1712.

Hiſtoire du Regne de Louïs XIII. Roy de France, & de Navarre &c. Par M. Michel le Vaſſor. Second. Edition revuë, & corrigée à Amſterdam Tome premier MDCC. Second. MDCCII. Troiſième MDCCIV.

Juriſprudentia Eccleſiaſtica, ſeu Conſiſtorialis Rerum,& Quæſtionum &c. Definitiones ſuccinctas, Jure Divino, Canonico, & Civili, Conſtitutionibus, & Ordinationibus Eccleſiaſticis probatas, Reſcriptis, Decretis, & Reſponſis Electoralibus corrobatas exhibens. Libr. III., Autore Benedicto Carpzou I. C. Conſiliario &c. Hanoviæ MDCLII.

Liturgia, ſeu Liber precum communium,& adminiſtrationis Sacramentorum, aliorumque Rituum, atque Cœremoniarum Eccleſiæ juxtà uſum Eccleſiæ Anglicanæ &c. Londini MDCLXXXI.

De non ſperandâ novâ Monarchia Dialogus. Ratisbonæ An. Ch. 1681.

Sacræ Theologiæ Summa Joannis Duns Scoti Doctoris Subtiliſſimi, & Commentaria &c. Magiſtro Angelo Uulpes à Monte Piloſo Ordin. Minorum Conventualium Authore &c. Tomus Secundus Partis Secundæ. Neapoli 1633.

Salomon, & Marcolphus Juſtiniano Gregoriani; hoc eſt, ſapida, ac inſipida, ſana, atque inſana &c. Autore 4. X. 4. Ego enim vitam meam non tàm verbis aliorum, quàm propriis meis factis ſtudeo illuſtrare. Gala &c. Francofurti, & Dreſdæ. 1698.

In quorum fidem manu, & Sigillo Eminentiſſimi, & Reverendiſſimi Domini Cardinalis Sancti Clementis ſupradictæ Sacræ Congregationis Præfecti Præſens Decretum ſignatum, & munitum fuit. Romæ in Palatio Apoſtolico Quirinali die 15. Maji 1714.

Fr. Thomas Maria Ordinis Prædic. Card. S. Clementis Præfectus.

Fr. Auguſtinus Pipia Ordinis Prædicatorum Sac. Congreg. Secr.

Die 18. Maji 1714. ſupradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, Palatii S. Officii, in acie Campi Floræ, ac aliis locis ſolitis, & conſuetis Urbis per me Joſephum Batialem Apoſtolicum Curſorem.

Sebaſtianus Vaſellus Magiſter Curſ.

EPISTOLÆ, ET DECRETA

Memorabilia Sacræ Congregationis Eminentiſſimorum, & Reverendiſſimorum DD. Cardinalium Super Diſciplina Regulari Deputatorum.

Juxtà temporis ſeriem diſpoſita.

EPISTOLA,

I. Encyclica ad univerſos Italiæ, Inſularumque adjacentium Ordinarios juſſu Summi Pontificis conſcripta, qua ipſis diſtrictè injungitur, ut vitam, mores, & diſciplinam Regularium in parvis Conventibus degentium diligente inquirant, inobſervantes corrigant, ac ubi reſipiſcentiæ ſpes non extet, eos Sacræ Congregationi denuncient.

PErvenuta la notizia à Noſtro Signore, che i Superiori delle Religioni ſogliono per ordinario collocare di ſtanza ne' Conventi più piccoli, e ſpecialmente fuori di mano, li ſoggetti meno oſſervanti delle loro Regole, e che queſti, per la licenza del luogo, divenuti più liberi, in vece di edificare, diſtruggono la Caſa del Signore, Sua Santità per la premura particolare, che altamente nudriſce, che in ogni luogo ſi mantenga, e ſi accreſca ſempre più lo ſplendore delle Religioni, e ſi ſtabiliſca in eſſe l'eſatta oſſervanza Regolare, à tenore reſpettivamente delle loro Coſtituzioni, ſi è moſſa ad ordinare, che per via di queſta Sagra Congregazione ſopra la Diſciplina Regolare s'ingiunga ſtrettamente à V. S., come ſi fa colla preſente lettera, pech'ella, uſando il ſuo zelo, invigili attentamente, che Religioſi dimoranti pro tempore ne' ſudetti Conventi dentro, e fuori di coteſta Città, e Dioceſi oſſervino eſattamente quanto devono al Signore in corriſpondenza allo ſtato, à cui ſono ſtati chiamati, e in virtù de' Voti da eſſi fatti ſolennemente; onde ella doverà paternamente ammonirli della mente di Sua Beatitudine, e della ſteſſa Sagra Congregazione, e in caſo di traſgreſſione correggerli ſeriamente ſecondo la diſpoſitione del Decreto: *Ut in parvis*, emanato d'ordine della ſanta memoria d'Innocenzo X. li 10. Febraro 1654., e quando non ſi ſcorga in eſſi ſegno alcuno di reſipiſcenza, darne ſubito parte alla Sagra Congregazione, perche poſſa la medeſima opportunamente provedere. Si ſerva pertanto Ella di quel zelo, che le ſomminiſtra la cauſa, e di quegli eccitamenti, che le detta l'onore di Dio, pregandole dal Cielo vere felicità. Roma 26. Gennaro 1607.

G. R. Card. Imperiali Prefetto.

F. de Vico Segretario.

DECRETUM.

II. Quo diſpoſita, atque ſancita à P. V. Commiſſario Generali Ordinis Minor. Obſer. Reformat. S. Franciſci pro Conventibus Receſſus, ſeu Recollectionis nuncupatis confirmantur.

SAcra Congregatio ſuper Diſciplinâ Regulari, expenſo tenore Epiſtolæ circularis V. Commiſſarii Generalis Min. Obſervantium Reformatorum Sancti Franciſci datæ die 9. Januarii 1707., in qua ſub num. 7., ubi de Conventibus Receſſus, ſeu Recollectionis agitur, hæc habentur: *E in detto Convento, ò Conventi, ne quali doverò attenderſi al ſolo ſpirito, divozione, & orazione, non vi potrà eſſere ſtudio, ne Lettori, ò altro Religioſo eſente da qualunque atto commune.* Et maturè perpenſis omnibus, & ſingulis deductis tam à dicto Vice-Commiſſario Generali, & Procuratore Generali Strictioris Obſervantiæ Sancti Franciſci ex una, quàm à Patribus habitantibus in Conventibus Receſſus Provinciarum Reformatarum Marchiæ, & Bononiæ Partibus ex altera, prò ſtabilitate Conventuum Receſſus, ſivè Recollectionis cum peculiaribus legibus reſcripſit: Executioni mandetur in omnibus Provinciis prædicta Epiſtola Circularis Vice Commiſſarii Generalis ſub die nonâ Januarii 1707. Et tam Superiores Generales, quàm Provinciales omninò provideant Conventus Recollectionis; aliàs Sacra Congregatio providebit. Dat. Romæ hac die 24. Martii 1708.

J. R. Card. Imperialis Præfectus.

F. de Vico Secretarius.

MANDATUM.

III. Procuratoribus Generalibus omnium Ordinum Regularium injunctum, ut per Encyclicam Epiſtolam Miniſtros Provinciales ſingularum Provinciarum Italiæ, Inſularumque adjacentium admoneant, ut per idoneum Virum regularem ſingulis diebus Dominicis in quolibet Conventu Profeſſis Laicis, ac præſertim quæſtuatoribus Doctrinam Chriſtianam, Catechiſmum Romanum, & aliquod Regulæ punctum explicari curent.

IN vigore della preſente s'incarica ſeriamente al Padre Procuratore Generale &c. di ſcrivere una Lettera circolare à tutti li Provinciale delle Provincie d'Italie, ed Iſole adjacenti, con

ordi-